Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Masoviæ Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæqve.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod cum Generosus Hieronymus de Osten Sacken Major in Exercitu Regni Nostri per aliquot tempus sat bona militaris sui obseqvij dederit documenta nunc verò ex rationibus animum suum permoventibus Nobis humiter supplicaverit, ut ipsum à prædicto servitio absolveremus et dimitteremus. Cui supplicationi benignè annuentes dictum Generosum Hieronymum de Osten Sacken ab hoc servitio militari in Exercitu Regni absolvimus dimittimus et liberum facimus, ac omnibus tanquam bonum Militem et in rebus militaribus versatum et capacem commendamus præsentibus Literis Nostris. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum Varsaviæ Die XII. Mensis Januarij Anno Domini MDCCLXX Regni verò Nostri VI Annô

Stanislaus Augustus Rex

Literæ Dimiſsoriales a Servitio Militari Generoso Hieronymo de Osten Sacken Majori in Exercitu Regni dantur

Antonius Sikorski S. R. M.
et Sigilli Majoris Regni Secretarius

Cancellariatu

Illmi Excellmi et Rendmi Domini
Andreae Stanislai Kostka
Młodziejowski
Episcopi Posnaniensis et Varsaviensis
Abbatis Commendatarij Hebdoviensis
Supremi Cancellarij Regni

Sigillatum

No 247. 213.

468

Wojewódzka Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy
BIBLIOTEKA
Główna

RKp 1224/9